

Band II., Nr. 483, Seite 297-298

Der Abt und die Brüder des Klosters Fulda nehmen den Abt und das Kapitel der Kirche zu Ellwangen in ihre geistliche Brüderschaft auf.

Ohne Ortsangabe, 1193. November 19.

Reverendis in Christo dominis et fratribus suis, C.¹ abbati totique sancte Elwacensis ecclesie capitulo, H.², dei gratia Fuldensis ecclesie humilis abbas, cum commissis sibi fratribus debite dilectionis et plene fraternitatis affectum in domino. Licet universis ecclesiis quodam fraternitatis vinculo teneamur, illas tamen pre ceteris spiritu caritatis amplectimur quas conversacione sancta et religionis habitu cognovimus pre[e]minere. Quapropter universitati vestre significamus, quod de petitione reverendi abbatis vestri domini C. vobis ac successoribus vestris imperpetuum prebendam, locum in choro et quicquid fraternitati nostre attinet prona concessimus voluntate, a dilectione vestra consimilem fraternitatis affectum habere cupientes.

 Acta sunt hec anno incarnationis dominice MCXCIII., indictione XI., XIII. kalendas Decembris. Concessimus eciam eundem fraternitatis modum Engilhardo clerico, germano fratri supradicti abbatis vestri, et eum tam vobis quam ipsi libenti animo persolvemus.

—

Nach dem Kopialbuch des Stifts Ellwangen: „*Abgeschrift allerlay Brieff*“, einer Papierhandschrift aus dem 15. Jahrhundert, fol. 105, unter der Aufschrift: *Confraternitas fuldensis Monasterii cum Elwacensi Anno MCXCIII.*

¹Abt Kuno (1188–1221), von 1217 an zugleich Abt in Fulda.

²Abt Heinrich (1192–1216).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 14 Nr. 85, S. 105

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Ellwangen (Jagst) Wohnplatz (4362)
 Ellwangen (Jagst), AA
 Fulda, FD